



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 10. Audax Toletanorum edictum

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](#)

ptus urbibus nova tributa imperare com- Sæcul. XV.  
 pulsus est. Cum vero Toletanæ Civitati A. C. 1449.  
 trium millium aureorum summam im-  
 poneret, cives urbis suæ immunitatem  
 læsam querentes, gravissimam seditio-  
 nem moverunt, ex qua truculenta pluri-  
 morum cædes, ac domorum direptio  
 enata est; imo Rex quoque, qui malo  
 ingruenti remedium latus accurrebat,  
 cedere cogebatur, cum pertinaciter mi-  
 narentur, nisi Alvarum amoveret, ac ci-  
 vitatibus suam immunitatem, atque pri-  
 vilegia integra servaret, se folio eum de-  
 turbaturos, Filiumque Henricum in ejus  
 locum suffecturos. Joannes II. Henrici III.  
 Filius eo tempore Hispaniæ, seu verius  
 Castellæ Regnum tenebat, nonnisi vi-  
 ginti duos menses natus, dum exeunte  
 anno millesimo quadringentisimo sexto  
 Rex proclamabatur, instante potissimum  
 Patruo suo Ferdinando, postmodum Ar-  
 ragonum Rege, qui consiliis eorum, qui  
 hancce coronam sibi ipsi vindicandam  
 suaserant, forti animo restitit.

## §. X.

### *Audax Toletanorum Edictum.*

Inter hosce tumultus Toletani rebelles  
 edictum condiderunt, in quo ii, qui  
 ex gente Judæorum originem ducebant,  
 a quibusvis honoribus, officiisque publi-  
*Hist. Eccles. Tom. XXVIII. Q cis*

Sæcul. XV.      A. C. 1449.      cis arcebantur, ac nominatim expressum  
 habebatur, ne tabelliones, aut Actores  
 caffarum essent; id enim illis Alphonsi  
 Regis lege interdictum contendebant, ea-  
 que Toletanis datum affirmabant, ne in sua  
 urbe, vel patria cuiquam ex hac gente  
 orto, aut munus publicum, aut dignitas  
 conferretur. Decanus Toletanus, ne se-  
 ditiosorum furori sese exponeret, urbe  
 egressus est, eoquod eorum audaciæ li-  
 berius sese opposuisset. Cum vero secu-  
 rum attigisset locum, id edictum temeri-  
 tatis æque ac impietatis integro libro ac-  
 cusavit, in quo demonstrabat, nobilissi-  
 mas Castellæ familias, designatis singu-  
 larum nominibus, ab eadem Judæorum  
 stirpe descendisse, imo etiam sanguine  
 junctas esse. Nec in eo substitit; quippe  
 Nicolao Pontifici etiam auctor fuit, ut  
 diplomate die vigesima octava Septem-  
 bris edito omnia plebisciti Toletani ca-  
 pita reprobaret.

## §. XI.

*Induciæ cum Gallis paciæ ab Anglis  
 violatiæ.*

Angli inducias cum Gallis sanctitas,  
 quæ usque ad mensem Junium hujus  
 anni extendi debuissent, duobus mensi-  
 bus ante evolutum terminum primi vio-  
 larunt. Quidam enim Anglicarum par-  
 tum